



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

23. Iesvs post triduum inventus in templo.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

MEDITATIO XXIII.

*IESVS post triduum inventus
in templo.*

I. **E**T factum est, post triduum invenerunt illum in templo sedentem in medio doctorum, audientem illos, & interrogantem eos. Stupebant autem omnes, qui eum audiebant, super prudentia & responsis eius. *Luc. 2. v. 46. & 47.*

II. Et videntes, admirati sunt. Et dixit mater eius ad illum: Fili, quid fecisti nobis sic? ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te. Et ait ad illos: Quid est, quod me quærebatis? nesciebatis, quia in his, quæ Patris mei sunt, oportet me esse? *Luc. 2. v. 48. & 49.*

III. Et ipsi non intellexerunt verbum, quod locutus est ad eos. Et descendit cum eis, & venit Nazareth. *Luc. 2. v. 50. & 51.* Et mater eius conservabat omnia verba hæc in corde suo. *Luc. 2. v. 51.*

ME.